

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:  
Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam  
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius  
notitiam, informatio**

**Creide, Hartmann**

**Francofurti ad Moenum, 1682**

Dominica exaudi

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126164)

Rem ipsam verò quod attinet, omniscientia est proprietas solius Dei, Jer. 17, 10. Psalm. 139. v. 2. ideò nullum est dubium, quin Christus juxta divinam suam naturam omnia sciat: sed humanitati ejus nonnulli id omninò denegant, nosq; qui illud eidem attribuimus, Eutychnianismi insimulare non verentur, prætendentes, quòd nos discrimen naturarum tollere, & humanam, naturam divinam, æquare hoc ipso velimus. Sed injuriam nobis inferunt. Secundum enim divinam naturam omniscius est Christus *ὡς ἰσθῶς*, velut filius patri coæternus: secundum humanam verò naturam, hæc & alia divina idiomata in tempore accepit *ὕπστατικῶς*, vi unionis personalis, ita ut quoad divinam naturam sint & maneat naturalia idiomata: juxta humanam verò sunt *χαρισματα*, quæ ipsi vi unionis personalis communicata sunt. Itcirò manet hoc discrimen, quod divina natura maneat divina natura, & humana maneat humana natura, sicut videmus, ignem ferro proprietates suas communicare, ut luceat & urat, & tamen proprietates hæc non sunt ferri sed ignis, ut veteres hoc mysterium per hoc simile explicarunt.

Quia verò Christus tum temporis in statu Exinanitionis constitutus, plenarium divinam Majestatis & gloriæ usum deposuerat, Phil. 2. v. 7. ita ut non semper, sed quan-

do & quomodo ei libuit, eam usus est: ideò hoc dictum magis de *κτῆσει* communicatæ omniscientiæ, quam de plenariâ *χρησει* intelligendum est. Verè enim in statu Exinanitionis nonnulla ignoravit. Vide Matth. 21. v. 19. Marc. 13. v. 32. ideoque ut alius puerulus ctevit, sapientiâ, ætate, & gratiâ apud Deum & homines, Luc. 2. v. ult.

Quodsi enim communicatâ divinam Majestatem & potestate plenariè uti voluisset, Judæi ipsum neque capere neque vincire, neque crucifigere atque occidere potuissent, & sic opus redemptionis humanæ impeditum fuisset. Ideo seipsum exinanivit, & servi formam induit, Phil. 2. v. 7. nostri causâ, ut ipse ait: servire me fecisti in peccatis tuis, Esa. 43. v. 24. Sed nunc omnia scit, & potest, nunc ubique quoque præsens est nobis, secundum utramq; naturam, & liberare valet omnes, qui ipsum invocant, quod consolatione plenum est in omnibus adversitatibus. Quodsi enim omnia scit, ideoque & quibus nos indigemus, novit, Matth. 6. v. 32. Et quomodo pater miseretur filiorum, miseretur timentium se, Psalm. 103. v. 13. ut non destituantur omni bono, Psalm. 34. v. 11. sed vitam habeant, & abundantius habeant, Joh. 10. v. 10. Quod nobis omnibus ex gratiâ largiri dignetur, Deus ter Opt. Max. propter Servatorem nostrum Jesum Christum, Amen.

## Dominica Exaudi.

*Evangelium, Iohan. 15. v. 26. c. 16. v. 1. --- 4.*

### EXORDIUM.

**C**um Deus septuaginta seniores Mose in officio adjungere & ordinare vellet, ipse descendit per nubem, auferens de Spiritu, qui erat in Mose, & dans septuaginta

ginta viris. Cumq; requievisset in eis Spiritus, prophetaverunt, Num. 11. v. 25. 26.

*Hoc typus fuit Christi, & Apostolorum in N. T.* Cum enim tempus ingrueret, ut ad patrem suum remeare & ad cœlum ascendere vellet, cœlestis Pater de Spiritu filii sui auferrebat, & dabat duodecim Apostolis, & septuaginta discipulis, quos tum Christus elegerat, ut essent sibi testes, Act. 1. v. 8. hoc ipso idoneos eos fecit ministros novi Testamenti, 2. Cor. 3. v. 6. & prædicaverunt Evangelium in toto orbe, tanto cum successu, ut multa millia conversa, & ad vitam æternam conservata fuerint, quod quidem potentiâ Dei est, ad salutem omni credenti, Rom. 1. v. 16. Omnes quoq; persecutiones & adversitates, quæ in hoc ministerio ipsis obtigerunt, feliciter superarunt, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem, Apoc. 12. v. 11. Hoc Paracletus Spiritus sanctus in iisdem operatus est, qui non modo de Christo testatur, sed testimonium quoque reddit spiritui nostro, quod finis filii Dei, Rom. 8. v. 16.

Hac de re Christus discipulis suis iterum concionatur, in prælecto Evangelio, & quod hac in re ipsis dicit, nobis omnibus dicit, Marc. 13. v. ult.

Quamvis enim Spiritus sanctus eâ mensurâ hodiè super nos non effundatur, at tamen accipimus primitias, Rom. 8. v. 23. & cognoscimus in hoc, quod in eo maneamus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu sancto suo dedit nobis, 1. Johan. 4. vers. 13. Quinimò licet afflictio nostra non tanta sit, quanta Apostolorum, qui purgamenta hujus mundi erant, omnium peripsama, 1. Cor. 4. v. 13. quilibet tamen portiunculam suâ habet, quam ei Deus demensus est, & in poculum crucis infudit, omni-

bus enim ex eo effundit Deus: veruntamen feces ejus sorbeant, & bibent omnes impii terræ, Psal. 75. v. 9.

Propterea in præsentè Evangelio conditio piorum Christianorum nobis proponitur, interius & exterius. Interius sumus templa Spiritus sancti, 1. Cor. 3. v. 16. qui animas nostras efficaci consolatione suâ replet, ne deficiamus in tribulationibus, quas hîc sustinemus, Eph. 3. v. 13. sed gloriemur in iisdem, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio verò spem. Spes autem non confundit, Rom. 5. v. 3. 4.

Exterius verò viles apparemus, & verè sumus lampas contenta apud cogitationes divitum, Job. 12. v. 5. ut dicere possimus cum spiritali sponsa: Nolite me confidere, quod fusca sim, quia denigravit me Sol, Cant. 1. v. 6. Sol nempe tribulationis, quæ veros Christianos sæpè vehementer adurit, & magnas tempestates & imbres causatur, ut sint miseri, tempestati convulsi, absq; ulla consolatione, Esa. 54. v. 11.

Nos absque ulteriori præloquio ipsum Evangelium accessuri, tractabimus ex illo:

- I. Ἀποστολογίαν, sive *notitiam nostri.*
- II. Χριστολογίαν, sive *notitiam Christi.*

J. J.

### Exegetis.

**S**icut Servator noster nobis in *duplici statu* considerandus proponitur. Mundum enim hunc peragravit in formâ servi, Phil. 2. vers. 7. famem & sitim, pauperiem & persecutionem tolerans, usque dum Judæi eum deciderunt, & in ligno suspenderunt, Act. 10. v. 39. Sed pater ejus cœlestis exaltavit eum tandem, & con-

U. d. J. p. 78.

stituit

stituit ad dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatum & potestatem, & virtutem & dominationem, & super omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, Eph. 1. v. 20. 21. Sic etiam ecclesia ejus in his terris, constituta est primùm in *statu exinanitionis*, juxta illud Christi: In mundo pressuram habetis, Joh. 16. v. ult. Sed sequitur tandem aliquando *status exaltationis*, propterea enim mittit Deus spiritum filii sui in corda nostra, in quo clamamus, Abba pater, Rom. 8. v. 16. ut vi efficacissimæ intercessionis Christi, qui jam velut æternus Pontifex ad dexteram Dei est, & interpellat pro nobis, Rom. 8. vers. 34. omnia impetrare, quæ in nomine ejus petierimus, Joh. 16. v. 32. & vitæ æternæ certi esse possimus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo, Tob. 2. v. 18.

*Notitiam nostram* verò pro ratione instituti, ex hoc Evangelio discere possumus, quando perpendimus:

I. *Spiritus sancti testimonium*, de quo Christus ait: Spiritus sanctus, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Hoc adhucodiè ille facit.

1. *Mediatè* per verbum, quod in scriptis Moïsi, Prophetarum, Evangelistarum & Apostolorum continetur, sicut & propterea dicitur, testimonium Domini, Psal. 119. v. 8. Psal. 119. v. 24. 46. Esa. 8. v. 19. 2. Tim. 1. v. 8. Illi quoque qui idem docent, & prædicant, *testes* appellantur, Esa. 55. v. 4. Apoc. 11. v. 3. Christus est *Centrum*, ad quod omnia collineant, quæ in V. & N. T. Spiritus sanctus per Prophetas & Apostolos locutus est, & in calamus quasi iis dictitavit. Huic Jesu enim omnes Prophetæ testimo-

nium perhibent, Act. 10. 43. Huic Jesu omnes Evangelistæ testimonium perhibent, eò enim collimabant, ut conscriberentur omnia, quæ cepit Jesus facere & docere, usque in diem quâ assumptus est, Act. 1. 1. eo fine, ut credamus, Jesum esse Christum filium Dei, & ut credentes fidem habeamus, in nomine ejus, Joh. 20. ult.

Huic Jesu testimonium perhibet omnes Apostoli. Non judicavi, me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, inquit Paulus 1. Cor. 2. v. 2. Vide Act. 4. v. 12. 1. Joh. 1. v. 7. Hoc testimonium semper in hunc usque diem in Ecclesia Dei perhibetur, & fas est, à nobis illud corde credente suscipi & acceptari. Homines enim quidem fallere possunt, ut testimonium eorum rejici possit, Pl. 116. 11. Sed Spiritus sanctus, est spiritus veritatis, Joh. 16. v. 13. per quem Deus ipse testatur, 1. Joh. 5. v. 10.

2. *Immediatè*, in cordibus fidelium. Quia enim templa Spiritus sancti sunt, 1. Cor. 3. v. 16. replet eos donis gratiæ suæ, & adeò devotos reddit, ut non multum recorderentur dierum vitæ suæ, eò quod occupet Deus gaudio cor eorum, Eccles. 5. v. ult. Hic prægustus vitæ æternæ est, qui tanto gaudio eos delibutos reddit, ac si jam tùm in cœlo essent, 1. Joh. 3. 2.

*Hic inspicias velim te, mi Christiane! utrum hoc Spiritus sancti testimonium, ut par est, susceperis, eiq; obsecutus fueris?*

Homines reperiuntur ejusmodi, qui testimonium hoc Spiritus S. parum curantes, in præconceptâ suâ opinione hærent, ut Nicodemus, qui doctrinam de regeneratione capere non poterat, utut clarè ipsi à Christo expositam, Joh. 3. 10. seqq.

Spiritus sanctus testimonium de Christo fert, quod sit verus Deus, Deiq; veri filius,

lius, cujus egressus ab initio à diebus æternitatis, Mich. 5. v. 2.

Hoc testimonium neque Judæi, neque Turcæ, neque Photiniani accipiunt, quia rationi eorum repugnare videtur, hinc ajunt Judæi, Nos legem habemus. Joh. 19. vers. 7.

Testatur quoque de Christo, quod sit verus homo, qui pro nobis passus sanguinem fuderit, obierit & resurrexerit, ut vitam repararet, quam in Adamo amiseramus, 2. Tim. 1. v. 10.

Hoc testimonium similiter Photiniani non accipiunt. Etsi enim haud inviti fateantur, Christum verum hominem esse, meritum tamen ejus, quod pro peccatis nostris satisfecerit, præfractè infringunt. Alii, non pro omnibus eum satisfecisse perhibent, contra expressa Scripturæ dicta, Rom. 5, 18. 2. Cor. 5. v. 14. 15. 1. Joh. 2. v. 2. Alii pro culpa eum passum, non pro pœnâ dicunt, contra quam Esaias docet, c. 53. v. 5.

Testificatur de omnibus verè credentibus, quod Deuse eos propter Christum in gratiam receperit, & quod in fide perseverantes vitam æternam habituri sint, Joh. 3. vers. 16.

Accedunt divina sacramenta, quæ nihil aliud sunt, quam *σφραγίδες*, sigilla justitiæ fidei, Rom. 4. v. 11.

Cum Christus in Jordane baptizaretur, Apostoli speculatores facti sunt majestatis illius, 2. Petr. 1. v. 17. ibi enim triplex testimonium offerebat se, 1. *Verbale*, vox nempe Patris. 2. *Sacramentale*, cœlum apertum, & visibilis columbæ species. 3. *Reale*, ductus nimirum in desertum, ut tentaretur, Math. 4. v. 1. Et imprimis, permanentia Spiritus sancti super eo, Joh. 1. v. 33.

Idem testimonium reperitur in omni-

bus Christianis, quos Deus propter Christum in filios adoptavit. Habent enim:

1. *Testimonium verbi*, quod cordibus eorum inferitur, Jac. 1. v. 21. non modò in concionibus, sed & in absolutione, ubi cuilibet in individuo gratia Dei annunciatur, Confide filii, remittuntur tibi peccata tua, Matth. 9. v. 2.

2. *Testimonium Sacramentorum* in aquâ & sanguine, 1. Joh. 5. v. 6. quo non modò gratia, salus, justitia, filiatio, fides & similia homini conferuntur: sed etiam in cordibus obsignantur, Rom. 4. v. 11.

3. *Spiritus sancti impulsus*, quod ejusmodi homo facienda facit, & patienda patitur. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei, Rom. 8. v. 14.

*Hic probate vos, an testimonium hoc habeatis vobiscum, & letemini super eo ex animo, in omnibus afflictionibus. Beati enim estis*, 1. Petr. 4. v. 14.

II. *Frequens scandalum*, quod crucem insequitur.

Hic audimus, Christum discipulis suis prædicere, quod *deus vult* eos facturi sint, hoc erat persecutio Ecclesiastica, quâ illi, qui cum Christo & Evangelio ejus faciebant, è communionem excluderentur, & ut hæretici & bipedum nequissimi Satanz tradebantur, sicut Apostolis obtigit, Act. 4. v. 3. c. 5. v. 17. c. 8. v. 1. Concionatur quoque ipsis de interfectione, quæ persecutio erat politica. Stephanus primus fuit, Act. 7, 58. Quem secutus est Jacobus, Act. 12. v. 2. Patrem quoque fortunam experti sunt reliqui Apostoli, sicut Paulus Hebr. 11. vers. 36. testatur.

Adhuc hodiè non adeo infrequens hoc est. Multæ enim tribulationes justorum Psal. 34. v. 20. qui sæpè cum Jacobo que-

run-

runtur: Omnia contra me sunt, Gen. 42. v. 36. sive ut Mantuanus canit:

Fluctus ut insequitur fluctum, sic tempore volvit

Nostra catenatis, fors inimica malis.

Hoc est, uti David explicat: Abyssus abyssum invocat, ad strepitum canalium tumorum, omnes undæ & fluctus tui super me transferunt, Psal. 42. v. 8.

Hoc si ita fit, scandala non cessant, tam respectu piorum, quam impiorum. Pii cogitant cum Assaph: Ergo sine causa mundavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas: & fui flagellatus tota die. Psal. 73. v. 13. Impii vero triumphant super cruce piorum, dicentes: Ubi est Deus vester. Psal. 42. v. 4.

*Hic velim examines te, mi Christiane! annon & ipse quandoq, sortem adversam inique tuleris, & in cruce scandalizatus fueris?*

Quando sani & florentes sumus, tum facile paterna Dei providentia nos sustentare valemus: simul ac vero tribulatio nos invadit, & aliquamdiu instat, tum sæpe animum abjicimus, & tantum non desperamus, præsertim inimicis de infortunio nostro gaudentibus, & dicentibus: confidit in Deo: liberet eum nunc, si vult eum, Matth. 27. v. 43. Quinimo impatientia nonnunquam ejusmodi verba extorquet, qualia Epicuræi fundunt: Vanum est servire Deo. Mal. 3. v. 14. 15.

Sed hoc modo graviter in Deum delinquimus: quod ut ne faciamus, Christus ratione scandali hujus nos præmonuit in hoc Evangelio, & fortunam nostram in hoc mundo nobis prædixit. Optimum igitur est, ut animum nostrum ad tentationem

præparemus, Sir. 2. v. 1. & patientiam oremus, quæ necessaria nobis est, ut faciamus voluntatem Dei. Heb. 10. v. 36.

Cum præclarus vir Aunas Burgius in Gallia ob Evangelium Parisiis Lutetiarum comburendus esset, animose dicebat: Hic sto non velut maleficus, sed ut constans testis Domini mei Jesu Christi: & alligatus orabat: O Domine, ne deferas me, ne ego deferam te.

Sic & nos in omnibus adversitatibus à Deo patientiam petamus, ut nobis Spiritu suo Sancto adsistat, & adjuvet infirmitatem nostram, Rom. 8. v. 26. Ut bonam militemus militiam, habentes fidem & bonam conscientiam, 1. Tim. 1. v. 18. 19. & omnibus perfectis stemus. Eph. 6. v. 13.

Deus non male in nos affectus est, quando nos cruce affligit, quos enim amat, castigat, Heb. 12. v. 6.

Agit nobiscum velut fidelis Medicus, qui multas amaras pillulas ægroto deglutendas exhibet, idque in emolumentum nostrum, ne cum mundo damnemur, 1. Cor. 11. v. 32. Idcirco in benevola ejus voluntate acquiescentes cum Davide dicamus: Bonum est mihi Domine, quod humiliasti me. Psal. 119. v. 71.

III. *Mundi ingenium*, qui perverso zelo abreptus, veros Christianos ad extremum persequitur, quia arbitratur, se cultum præstare Deo, sicut hic Christus ait. Quia enim Deus hujus seculi excecavit mentes eorum, ut non fulgeat eis illuminatio Evangelii, 2. Cor. 4. v. 4. & præterea scripturam ipsam abjiciunt, hinc non mirum, ut cæca rabie, in pios Christianos desæviant. Lucerna enim sub modium posita non lucet; sed

D d fu-

super candelabrum: ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Matth. 5, 5.

*Hic scruteris velim re, mi Christiane! an non & ipse quod malum fecisti, pro bono opere reputaveris, vel non adeo male se habere, sicut in concione exaggeratur? credideris.*

Hoc sapius contingit, præsertim in iis, qui peccata in consuetudinem deduxerunt, ut habitum quasi quendam sibi acquisiverint, hi enim malum manuum suarum dicunt bonum. Mich. 7. v. 3.

Ubi serpens cum capite pertransit, cum toto corpore facile perlabitur: sic & diabolus, si quem semel invadit, non cessat: sed pergit, deducens ab iniquitate ad iniquitatem, Rom. 6, 19. ut non possit benefacere, cum didicerit malum, Jer. 13, 24.

Levita ille accinctus erat itineri, ut domum se reciperet, sed à focero rogatus, aliquot dies cum eo lætos transegit, dum semper ab una hora ad aliam se remorari passus est. Jud. 10, 4. & seqq.

Sic diabolus paulatim homines in retia sua pertrahit, usq; dum captivos eos tenet ad voluntatem suam. 2. Tim. 2. v. ult.

Tempore Apostolorum malitia Regni Anti-Christiani clanculum serpebat, sed paulatim eo invaluit, ut jam homo peccati, filius perditionis, in templo Dei, tanquam Deus sedeat, 2. Theff. 2. v. 4.

Eodem ferme modo altare, quod Achas Damalci vidit, sensim Hierosolymam in templum devenit, donec altare Domini à facie domus remotum est, 2. Reg. 16. vers. 12. 14.

Nemo proinde peccata viliora æstimet, ut extenuatione eorum conscientiam suam fauciet. Modicum enim fermentum, totam massam fermentat, 1. Cor. 5. v. 6. Ecce! quam

exiguus ignis, quam magnam sylvam incendit? Jacob. 3. v. 5. Dicit quidem Salomo: Lætare juvenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum &c. sed statim adjicitur: & scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium. Eccles. 11. v. 9. **D E U S** enim nemini mandavit impie agere, & nemini dedit licentiam peccandi, Sir. 16. v. 21. Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Jac. 2. v. 10.

Hoc si observaverimus, tranquilla gaudemus conscientia, & persecutionem, quæ permissu Dei nos invadit, læti sustinere possumus, cum è contrario persecutores nostri miserimi sint, facient enim hæc vobis, ait Christus, quia non noverunt patrem, neque me. Videbunt illi aliquando, in quem transfixerunt, Joh. 19, 37. Illi enim, quibus hic aqua & igne interdixerunt, stabunt tunc in magna constantia, adversus eos, qui se angustiarunt. Sap. 5. v. 1. seqq.

### De Secundo.

**N**unc ad alteram partem conferemus nos. *ἡμεῖς ἡμεῖς ἡμεῖς*, sive notitiam Domini nostri Iesu Christi contemplaturi. Hic nobis proponitur.

1. *Tanquam is, qui Spiritum Sanctum mittit*, ideoque dicit sub initium Evangelii: Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre, Spiritum veritatis, qui à patre procedit.

Hoc non ita intelligendum est, ac si Spiritus Sanctus, antequam à Christo missus est, non in mundo fuerit. Minime. Nam Spiritus Domini replevit orbem terrarum, Sap. 1. v. 7. in principio creationis incubavit

vit aquis, Gen. 1. 2. primum mundum iudicavit ob impœnitentiam, Gen. 6. 3. Requievit super septuaginta Senioribus, Num. 11. 25. Induit Gideonem, eique animum addidit, ad hostes delendos, Jud. 6. 14. Quoties de Samfone dicitur, quod Spiritus Domini iruit in eum? Jud. 15. v. 14. Quin & Prophetis inspiravit, quæ ipsis dicenda erant, 2. Petr. 1. v. 19. Sic & Apostoli, jam antea Spiritum Sanctum habuerunt, Dominus enim insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum S. Joh. 20. v. 22, 23.

Sed hic de visibili effusione ejus loquitur, quæ in Festo Pentecostes futura erat, juxta prædictionem Joëlis, c. 2. quæ reperitur, Act. 2. v. 17. seqq. Hoc Christo acceptum ferre debemus. Sicut enim Spiritus Sanctus à Patre procedit, ideoque & spiraculum omnipotentis dicitur, Job. 33. v. 4. Ita etiam à filio procedit, unde vocatur Spiritus Filii, Gal. 4. v. 6. item, Spiritus oris Christi, 2. Theff. 2. v. 8.

In Papatu peculiare Sacramentum confinxere, quod confirmationem vocant, quo per oleum olivæ balsamo mixtum, quod Chrisma nominant, Spiritum Sanctum communicare satagunt, prætendentes, quod imprimat characterem indelebilem. Sed nullo characterem hoc in scriptura per scriptum est. At hoc legimus, quod bestia ascenderit de terra, habens cornua duo, similia agni, & loquens sicut Draco. Quæ faciat habere characterem omnes sibi adherentes, in dextera manu sua, aut in frontibus suis, Apoc. 13. v. 11. Deus clementer hoc avertat à nobis, nos satis habemus, quod Christus nos sanguine suo in baptismo signaverit, ut populus ei peculiaris simus. Tit. 2. v. 14. & largitur quoque in

majorem confirmationem Spiritum Sanctum, qui est pignus hæreditatis nostræ. Eph. 1. v. 14.

Cum Simon magus videret, quod per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam; ut sibi parem potestatem darent: sed graviter ideo à Petro objurgatus, repulsam tulit. Act. 8. 19, 21.

Quid aliud Romanus Pontifex agit, quando indulgentias suas divendit, quam ut Simoniam exercent, & Spiritum Sanctum pro pecunia venalem faciat, quem tamen nemo nisi Christus largiri valet? unde quoque optime consulimus nobis quando cum à Christo petimus, & cum Davide oramus: *Cormundum crea in me Deus, ex Psal. 51. v. 12, 14.*

*II. Tanquam is, qui calamitates priorum novit.* Hic dicit Christus discipulis suis de excommunicatione, de interfectione, & de exultatione inimicorum, arbitrantium, sese cultum præstitisse Deo.

Hæc omnia Christus exacte novit, & Apostolis prædicit, ne ignari, tanquam ad rem peregrinam obstupescant propter æstum, quasi novi aliquid iis obtingat.

*Hoc solatio nostro inservit.*

Nos pari fortunæ in mundo hoc subjeti sumus cum Apostolis? Dominus enim noster cui servimus, crucifixus est, quid servus melius expectaret? Matth. 10. v. 24. Evangelium, cui credimus, est verbum crucis, 1. Cor. 1. v. 18. ecquid nos ab ea immunes esse mus? Via ad cælum, quam terimus spinis confitus est, quare nobis felices dies imaginaremus? Sane, dilecti!

D d 2      susti-



sustinendum & certandum est, si coronam cœlestem impetrare velimus. Nemo enim coronabitur, nisi legitime certaverit, 2. Tim. 2. v. 5.

Sed nihil contingit nobis citra Dei voluntatem: Dominus noster omnia præscit, & quasi demensus est, quanta quemlibet oportet pati, pro nomine ejus. Act. 9. v. 16.

Passer est vilis avicula, & tamen Christus de eo dicit, quod unus ex illis non cadat super terram, sine voluntate patris cœlestis, Matth. 10. v. 29. Quod si tantam avicularum curam gerit Deus, quanto magis nos sibi commendatos habebit, nec malo nos infestari concedet, nisi bonum inde elicere possit. Mirabile enim facit consilium, & magnificat sapientiam. Esa. 28. v. ult.

Idcirco animas nostras in patientia custodiamus. Nihil enim peregrini nobis evenit, 1. Pet. 4. v. 12. Christus servator prædixit nobis, fratres & sorores nostræ idem passi sunt, nemo unquam sine tribulatione fuit, nec posthac erit. *Sicutur ad astra.* Sic conformari oportet imagini Christi, in passione, si in gloria conformes ei fieri velimus. Rom. 8. v. 29.

III. *Tanquam is, qui suos absq; solatio non relinquit.* Ideo enim discipulis Spiritum Sanctum de patre misit, ut non modo Apostolos in omnem veritatem duceret, & ad munus, quod demandaverat ipsis, idoneos redderet: sed & in omni calamitate Paracletus eorum esset. Idem quoque Spiritus Sanctus præstitit, eosque ita animavit, ut tanquam leones ignem spirantes incesserint, & omnia cum gaudio pertulerint, quæ ipsis à diabolo & impio mundo immissa erant. Ideo Paulus nomine omnium ait: In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. 2. Cor. 4. v. 10.

Hic Paracletus adhuc hodie omnes pios Christianos sub cruce sustentat, secus enim in cruce perdurare minus possent, ob carnis imbecillitatem. Sed hic animosos eos reddit in paupertate, testimonium enim dat spiritui nostro, quod meliorem & manentem substantiam in cœlis habeamus, Heb. 10. v. 34.

Animosos nos reddit in persecutione, testimonium enim reddit spiritui nostro, quod hostes præter corpus nil occidere possint, animam enim perimere nequeunt, Matth. 10. v. 28. Nec orphanos quoque nos relinquet, Joh. 14. v. 18. Sed nobiscum erit, cum per aquas & ignem transiverimus. Esa. 43. v. 2.

Possumus animosi esse in morbis, testimonium enim reddit spiritui nostro, quod Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. v. 28.

Animosi esse possumus in morte. Testimonium enim reddit spiritui nostro, quod mors Christianorum placidus somnus, Joh. 11. v. 11. Imo, janua & introitus ad vitam fit. Joh. 5. v. 24.

Quod si igitur Spiritus Sanctus ejusmodi dicta consolatione plenissima ad animum nobis revocat, mutamus virtutem, Esa. 40. v. ult. & gaudio spiritus superfundimur, ut tribulationes flocci faciamus, respectu dulcissimi solatii, quod ex verbo Dei cordibus nostris implantatur. Beatus, quem elegisti, & adjunxisti tibi, inhabitabit in atris tuis, replebimur in bonis domus tuæ, sancti templi tui, Psal. 65. v. 3.

Ah dilecti! Nulla cœna adeo efficax est esurienti stomacho, ac dictum hujusmodi consolatorum animæ esurienti, Luc. 14. v. 13. 14.

Nulla Medicina æq; probata est, ad morbum

bum corporis curandum, ac verbum Dei, ad animas delassatas reficiendas. Sap. 16. v. 12.

Nulla perlarum aqua æq; pretiosa est ad cor roborandum, ac verbum Dei ad animam recreandam. Matth. 13. v. 45. Psalm. 119. vers. 50.

Quid pulchrius est pascuo herbofo? Et tamen verbum Dei multo pulchrius est. Psalm. 23. v. 2. Quid dulcius melle? & tamen eloquia Dei dulciora sunt. Psalm. 119. v. 103.

Quid preciosius auro? & tamen verbum Dei super aurum obrizum pretiosum est. Psalm. 19. v. 11.

O quàm bene fit eleganti flosculo, quando in vehementi æstu aqua humectatur? Tune enim caput languidum vicissim erigit, & reficitur, ut æquè pulchrè ac antea florescat. Ita res se habet cum piis Christianis: quando pluvia verbi divini suavissima, in æstu graviorum tentationum irrigantur, quibus interius & exterius delassabantur, ut continuò vires recuperent, &

animam suam alloquantur: Revertere in requiem anima mea. Psalm. 116. v. 7. Et iterum: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo. Psalm. 42. vers. 6.

In vita æterna hoc gaudium perfectum erit, nullaque ægritudine contaminabitur, aut interrumpetur: idèd Paulus vocat consolationem æternam, 2. Thess. 2. v. 16. Ubi Deus ubera consolationum nobis exhibebit, Esa. 66. v. 11. ut dies luctus nostri compleantur, Esa. 60. v. 20. ubi gaudebimus & exultabimus, in his quæ Deus creavit Esa. 65. v. 18. In novo cælo & terra nova, in quibus justitia habitat. 2. Petr. 3. v. 13.

Quod nobis omnibus ex gratia largiri dignetur Deus cælestis Pater, per Jesum Christum, filium suum, Servatorem nostrum, in Spiritu Sancto, perpetuò laudandum, nunc & in secula!

Amen.

## In Festo Pentecostes.

*Evangelium Ioh. 14. v. 23. -- 31.*

### EXORDIUM.

**C**UM DEUS in principio cælum & terram creasset, terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Domini incubabat aquis, Gen. 1. v. 1. seqq.

Hæc brevis descriptio est, divini & incomprehensibilis operis, quo supremum Numen è luce inaccessibili prodiit, 1. Tim. 6. v. 16. & ex nihilo primùm informe chaos, in quo omnia elementa adhuc confusè permixta erant, deinde autem, mediante illâ masâ, omnes creaturas intra sextiduum, per infinitam suam sapientiam

& potentiam creavit, donec tandem hic κόσμος κόσμος affabrè perfectus & consummatus fuit. In hoc opere Spiritus quoque Sanctus virtutem suam exeruit, incubabat enim aquis, h. e. uti Basilus M. explicat, καὶ τὴν εἰκόνα ὄρνιθος, ad similitudinem avis, aut gallinæ, quæ ovis incubat, caq; fovet, dum pullos excludat.

Hoc consolatione plenum est. Sicut enim tum temporis Deus Spiritus S. in prima creatione, divinâ suâ virtute, immensum illud chaos, ex quo cælum & terra, cum omnibus, quæ in iis sunt, formanda erant, fecun-

D d 3

davit

davit, & deinde per verbum Dei FIAT fucceffivè omnia producta funt: fic etiam non otiofus eft, in fecunda creatione, nempe in fpirituâ regeneratione, fine qua nemo in regnum Dei introire potefl, Joh. 3. v. 5. Naturâ enim in peccatis mortui fumus, Eph. 2. v. 4. Et ficuti homo mortuus, feipfû excitare nequit ad vitam hanc naturalem: multò minus nos ad fpiritualem regenerationem aliquid conferre poffumus. Sed hoc Spiritûs S. opus eft: qui cor lapideum de carne noflra auferre, Ezech. 36. v. 26. & contrâ cor mundum creare, & fpiritu rectum in vifceribus noflris innovare potefl, Pfal. 51. v. 12. quod quidem præflat in baptifmate, quod propterea lavacrum regenerationis & renovationis Spiritûs Sancti appellatur, Tit. 3. v. 5. nec non per verbum veritatis, quo nos gignit voluntariè, ut finus primitiæ aliqua creaturarum ejus Jac. 1. v. 18.

Sicut itaque hætenus de beneficiis Dei Patris, qui proprio Filio non pepercit, Rom. 8. v. 12. & filii Dei, qui propter delicta noflra traditus eft, & refurrexit propter justificationem noflram, Rom. 4. v. ult. in ecclefia multifariam actum eft: fic quoque hodierno *pentecofles fefto* tertiæ perfonæ mentio injicitur, quomodo juxta promiffionem Chrifti, fuper Apoftolos defcenderit, eodemque fapientiâ & intelligentiâ, virtute & robore ita impleverit, ut animosè cum ftupore omnium, in omnibus linguis, Jefum Nazarenum prædicaverint, ficut S. Lucas memorat, Act. 2. v. 4.

In prælecto Evangelio, proprietates difcipulorum verè Pentecoflialium nobis defcribuntur, fi donis Spiritûs S. gratiofis impleri velint.

Absque ulteriori igitur præloquio ad illud conferemus nos, meditari ex eodem:

I. Ἀἰβρωπολογία sive notitiam noflri.

II. Χριστολογία, sive notitiam Chrifti.

J. J.

### Exegesis.

**R**Ahab tenebatur *funiculum coccineum in fenestra ligare*, per quem exploratores Jofuæ demiferat: ut effet signum, quod domus ejus agnosceretur, & in excidio urbis ab interitu præfervaretur, Jof. 2. verf. 18. 214

Spiritus Sanctus domum & habitaculum suum habet in cordibus fidelium. Signum verò quo illud agnoscitur, est funiculus coccineus meriti pretiofiffimi, Domini & Servatoris noflri Jefu Chrifti, quo conservati, & ab interitu æterno præfervati fumus; eundem in fenestra ligemus oportet, h. e. fic luceat lux noflra coram hominibus, ut videant opera noflra bona, & glorificent patrem noflrum, qui in cœlis eft, Matth. 5. v. 16. Quæ verò opera bona esse debeant, quibus fidem noflram demonstremus, Servator nofler indicat in prælecto Evangelio, inquit: Si quis diligit me, sermonem meum fervabit &c.

Nos ansam hinc arripimus, Ἀἰβρωπολογία sive notitiam noflri discendi, quando intuemur:

I. *Dilectionis Chrifti commendationem*, Si quis diligit me, inquit Chriftus, sermonem meum fervabit. Ex quo apparet, optimè fieri, si ante omnia dilectio Chrifti cordibus noflris implantetur, fcire enim caritatem Chrifti supereminens scientia est, Eph. 3. v. 19. Et quidni diligere mus ipsum, cum prior nos dilexerit? 1. Joh. 4. 19.

Quid ipsum permovit, quod homo factus fuerit? quæ causa, quod seipsum exinan-

naniverit, formam ſervi accipiens, factusq; patri obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis? Phil. 2. v. 7. 8. Certè nil niſi caritas, quã te & me, & omnes peccatores amplexus eſt, unde Eccleſia:

Te tanta caritas coëgit Jeſule,  
Ut magna nobis impetrareſ ſan-  
guine,

Et expiato debito,

Nos reddereſ gratos Deo.

*Herr/dein Lieb/ſo groß Dich bezwungen  
hat!*

*Daß dein Blut an uns groß Wunder  
that!*

*Und bezahlet unſer Schuld!*

*Daß uns Gott iſt worden huld.*

Quinimò in hoc nondum deſiit, ſed adhuc hodie caritatem ſuam multis modis probat, dum non tantum annum coronat benignitate ſua, Pſal. 65. v. 12. ut veſcentes ſaturemur, Joel. 2. v. 26. ſed & amat animam noſtram, Eſa. 38. v. 17. & quomodo ſi cui mater blandiatur, ita conſolatur nos, Eſa. 66. v. 13. curat nos, ſicut medicus infirmum, & ſanat omnes infirmitates noſtras, Pſal. 103. v. 3. ducit nos uſque ad mortem, Pſal. 40. v. ult. prehendit nos manu ſua, ut nemo rapere poſſit, Joh. 10. v. 28. deducit nos, ſuper ſemitas juſtitiæ, Pſalm. 23. v. 3. & cum ceciderimus, ſuſtentat manu ſua, Pſalm. 37. v. 24. & extollit nos, Pſalm. 147. verſ. 6.

Hi ſunt *ſuniculi caritatis*, quibus nos ad ſe trahit. Oſe. 11. v. 4. Et veluti aliàs benefactores noſtros diligimus: ſic multò magis decebit nos Chriſtum diligere, qui adeò præclare de nobis meritus eſt, ut in æternum ſat dignas referre gratias non poſſimus. Majorem dilectionem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat

quis pro amicis ſuis, Johan. 15. v. 13. at ille vitam pro nobis profudit, cum adhuc peccatores eſſemus, Rom. 5. v. 8. hinc de ardentiffimo in nos amore judicare poterimus. In hoc cognovimus caritatem, quoniam ille vitam ſuam pro nobis poſuit, ait Johannes 1. ep. 3. v. 16. *Æquum igitur erit, ut viciffim eum diligamus, & ſerviamus illi, in ſanctitate & juſticia.* Luc. 1. v. 75. Qui hoc non facit, ſit anathema, Maranatha, 1. Corinth. 16. verſ. 22.

*Hic proba te, mi Chriſtiane! utrum Chriſtum reciprocè dilexeris, ut debitum tuum requirit?*

Nemo quidem noſtrùm facilè erit, qui ſe Chriſtum diligere, non videri velit. Sed nudum dicere non ſufficit, Deus enim cor intuetur, 1. Sam. 16. v. 7. Cordiali itaque dilectione opus erit, juxta illud Davidis: *Diligam te Domine.* Pſal. 18. v. 1. ſeqq.

Judæi in V. T. tenebantur Deo ſtatis temporibus pretioſa ſacrificia offerre, de bobus, ovibus, oleo &c. In conſecratione templi Salomo immolavit Domino, boum viginti duo millia, & ovium centum viginti millia, 1. Reg. 8. v. 63. Idem fecit Joſia, 2. Chron. 35. v. 7. 18.

Ejuſmodi præceptis Deus in novo teſtamento hodie nos non onerat; *ſed nihil à nobis requirit, niſi dilectionem*, in qua ſola Chriſtianiffimus noſter verſatur, Matth. 22. v. 37. 40.

Omnes *reliquæ virtutes moleſtias ſuas habent*, quas illi ſentiunt, qui iisdem operam navare volunt. *Temperantia debilitat corpus. Humilitas deſpicitur. Patientia per crucem exercetur, & ſic ulterius.* Sed dilectio nil niſi voluptatem & lætitiã gignit, & quaſi condimentum eſt, quo

quo vita hæc dulcis, & omnis adverfitas tollerabilis redditur, ut exemplum Jacobi probat, Gen. 29. v. 20.

Ita fi Christum verè diligimus, nihil ad eò moleftum eft, quin ejus causâ perferre velimus. Caritas enim omnia fuffert, omnia fperat, omnia fuffinet, 1. Cor. 13. v. 7.

Olim in Cœnobiis nonnullis SS. Trinitas fic depicâ fuit, ut fuper perfonam Patris hæc verba fcripta fuerint: *Dilexi te, difce diligere me.* Super Filium: *Ex me dignitas tua.* Et fuper Spiritum Sanctum: *Mundata es caro, noli amplius peccare.*

Hæc nos quoque recordabimur. Omnes enim SS. Trinitatis perfonæ amorem fuum in nos effuderunt: *Pater filium tradendo,* Rom. 8. verf. 32. *Filius: fanguinem fundendo,* Hebr. 9. v. 12. *Spiritus Sanctus gratiam conferendo,* tanquam fpiritus gratiæ, Zach. 12. v. 10. & fanctificationis, Rom. 1. verf. 4.

Amorem itaque ei noftrum viciffim exhibeamus, dicentes animæ noftræ: *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me funt,* &c. Pfal. 103. v. 1. 5.

Hoc debitum noftrum Pentecofiale eft, fi donis gratiæ Spiritus Sancti frui cupimus, ego diligentes me diligo, inquit cœleftis fapientia, Prov. 8. v. 17.

II. *Verbi divini obfervationem.* Si quis diligit me, fermonem meum fervabit, inquit Chriftus. Non dicit, audiet fermonem meum: etfi enim hoc tanquam pars neceffaria, ad cultum Dei requiritur, fides enim ex auditu eft, Rom. 10. v. 17. attamen non fufficit, fecus enim Herodes quoque beatitudinem confequutus effet, de quo Evangelifta memorat, quod Baptiftam libenter audierit, Marc. 6. v. 21. fed facta

fequi debent, ut ea, quæ in templo audivifti, in corde bono & fincero retineas, & fructum afferas in patientia, Luc. 8. v. 15. Jac. 1. v. 22. 23.

*Hic examines velim te, utrum etiam afidus auditor & faâor verbi Chrifti exfireris?*

Equidem, in toto orbe nullus hominum invenietur, qui verbum Chrifti omni ex parte implere valeat, ob peccatum, quod in carne noftra habitat, & tenaciter inhaeret, Hebr. 12. v. 1. ut fapientes fimus, ad faciendâ mala, bene autem facere nefciamus, Jerëm. 4. v. 22. imò volentibus nobis facere bonum, malum adjacet, Rom. 7. v. 21. Sed Chriftum in auxilium adhibeamus, & quod nobis deeft, per obedientiam ejus perfectam, quam legi præftitit, fide verâ refarciamus; propterea enim factus eft nobis à patre fapientia, & juftitia, & fanctificatio, & redemptio, 1. Cor. 1. v. 30. ut omnia, quibus deficiamus, ab eo petamus, & de plenitudine ejus gratiam pro gratia accipiamus, Joh. 1. v. 16.

#### Requitur hic

I. *Fiducia cordis.* Alexander M. reperto inter thefauros Darii aureo fcriniolo, margaritis & gemmis quàm pretiofiffimè exornato, cùm quæreretur, in quem ufum deftinandum effet, aliis aliud fuadentibus, dixit: *huic optime fervanda dabuntur fcripta Homeris,* quæ tanti faciebat, ut in bello femper fecum portaret, iisque pro pulvinari uteretur. Nos habemus verbum Chrifti, ficut in fcriptis Mofis, Prophetarum, Evangeliftarum & Apoftolorum continetur, id fuper millia auri & argenti æftimemus, Pfalm. 119. v. 72. Sed & elegans fcriniolum habemus, quod eft cor noftrum, quod

quod Chriftus fide purificavit, Act. 15. v. 9. unde ait : Da mihi fili cor tuum. Prov. 23. v. 16. in eo reponamus thefaurum hunc. Et quando audimus promiffiones gratiæ, ex Ezech. 33. verf. 11. Matth. 9. verf. 14. & fimiles, cordibus noftris eas excipiamus, & verâ fide apprehendamus, nec dubitemus, quin Chriftus, quæ promiffit, reipsâ impleturus fit. Num. 23. v. 19. 20.

Imprimis quilibet beneficia, à Chrifto univerfo mundo exhibita, in individuo fibi cum Paulo applicare debet, Galat. 2. verf. 20.

Idem fecerunt Hiob, Job. 19. v. 25. Thomas, Joh. 20. v. 28. & Iatro, Luc. 23. v. 43. Quod fi ita fermonem Chrifti fervaverimus, viciffim fervabit ille, quod promiffit nobis Efa. 54. v. 10.

2. *Confeflio oris*, à qua nulla pericula, imò nec mors ipsa nos abterrere debent, quin Chrifto ufque ad mortem fideles fimus, Apoc. 2. v. 10. Rom. 10. v. 10.

Exemplo Eleafaris, 2. Macc. 6. v. 24. & Apoftolorum, Act. 5. v. 9. Unde Chriftus: Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum. Matth. 10. v. 32.

3. *Conformitas operis*. Ut Chrifto obedientiam præstemus, in iis, quæ præcepit nobis. Vos amici mei eftis, fi feceritis, quæ ego præcipio vobis. Joh. 15. v. 14.

Vocat autem ad penitentiam, Matth. 4. v. 17. Vocat ad crucem fufcipiendam, Luc. 9. v. 23. Jacob. 1. v. 12. Vocat ad dilectionem, Joh. 13. v. 34. In quibus omnibus ei obedire tenemur, fi difcipuli genuini Pentecofiales efle velimus. Joh. 8. v. 32.

III. *Salutarem agitationem*. Quam Spiritus Sanctus refpectu fidelium efficit tripliciter:

1. *Omnia suggerit*. Ille vos docebit

omnia; & suggeret vobis omnia, quæ dixi vobis, inquit Chriftus.

Nos vivimus hic in terra oblivionis, Pf. 89. v. 31. facile obliuifcentes eorum, quæ audivimus & didicimus, ideò Spiritus Sanctus in hunc finem miffus eft, ut ea nobis in memoriam revocare debeat. *Imprimis in fpiritualibus tentationibus*, ubi ad pacem amaritudo amara, ficut Hiskia contigit, Efa. 38. v. 17. Et quamvis pius Chriftianus copiâ dictorum confortiorum inſtructus fuerit, ut nihil fibi defuturum exiftimet: fubinde tamen fit, ut eorum tempore tentationis recordari non poſſit, quod ipſi Luthero accidit: iccirco non leve officium eft, fi Spiritus Sanctus ea nobis ſuggerat, quod non modò grato animo agnoſcere, ſed & Spiritus Sancti commonefactioni locum relinquere tenemur, ſic operatio non deerit, ſed in mediis afflictionibus guſtabimus, quàm bonus ſit Dominus, Pfal. 34. v. 9. Tob. 3. v. 22.

2. *Merum expellit*, ideò dicit Chriftus difcipulis, quibus Spiritum Sanctum promiferat: Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. q. d. Ad patrem quidem per paſſionem & mortem abire teneor, at non relinquam vos orphanos, ſed alium paracletum mittam, qui vices meas expleat, & in omnibus adverſitatibus adſiſtat & conſoletur. Quod reipsâ quoque comperierunt. Antea enim adeò meticuloſi & exanimati erant, ut Petrus qui animoſiſſimus videri volebat, ancillæ metu, Magiſtrum ſuum ternâ vice abnegaret, Matth. 26. v. 69. Cæteri planè auffugiebant, & oblerato conclavi ſe includebant, ne à Judæis prehenderentur, verentes, Joh. 20. v. 19.

Sed in Pentecofles feſtò virtute ex alto inſtructi, & Spiritu Sancto donati:

Ec  
ejus

ejus virtute tantoperè animati sunt, ut tanquam leones ignem spirantes incedentes, nullum periculum declinaverint, quin potius gavisi fuerint, quoniam digni habiti essent, pro nomine Jesu contumeliam pati, Act. 5. v. 41.

3. *Gaudium accendit*, in cordibus fidelium, ut illi in morte sua sperent, Prov. 14. v. 32. & cum Paulo dicant: *ἠνιδουμῶν ἔχω*, Phil. 1. v. 23. Est enim spiritus lætitiæ, Psal. 51. v. 14. qui inter alios præclaros fructus quoque gaudium in cordibus suorum accendit, Gal. 5. v. 22. Ne verus Christianus deficiat in tribulationibus suis, Eph. 3. v. 13. quia adspicit in remunerationem, Hebr. 11. v. 26. Rom. 8. v. 18.

*Hic inspicias te, mi Christiane! an hunc Spiritus Sancti motum, in te deprehendas?*

Hoc non insuper habendum est. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei, Rom. 8. v. 14. Naturâ non sufficientes sumus, cogitare aliquid à nobis, 2. Cor. 3. v. 5. Sed Spiritus Sanctus operatur in nobis, & velle & perficere, Phil. 2. v. 13. Impellit nos ad veritatem, ut eandem non modò loquamur, Zach. 18. v. 19. sed & faciamus, 1. Joh. 1. v. 8. Est enim spiritus veritatis, Joh. 16. v. 13. Impellit nos ad beneficentiam erga egenos, est enim spiritus bonus, Psal. 143. v. 10. Impellit nos ad patientiam, ut cum Hiobo dicamus: Si bona susceperimus Job. 2. v. 10. Fructus enim ejus sunt, caritas, gaudium, pax, longanimitas &c. Gal. 5. v. 22. Impellit nos ad orationem, est enim spiritus gratiæ & precum, Zach. 12. v. 10. & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Rom. 8. v. 26.

Et hic impulsus tam efficax est, ut à nulla creatura impediri possit. Hinc factum,

quod S. Martyres nulla Persecutorum tormenta, imò ne mortem ipsam perituerint. Exemplo sit Stephanus, Act. 7. v. 55. Paulus, Act. 20. v. 23. Hinc est, quod veri Christiani gloriantur in tribulationibus, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, Rom. 5. v. 3. 5.

Non autem impulsus hic more Anabaptistico vel Enthusiastico intelligendus est: sed oritur ex verbo, & fit cum verbo, hoc est testimonium spiritus, Joh. 5. v. 39.

Ubi igitur verbum repellitur, Spiritus Sanctus quoque operationem suam exercere nequit: sed ut de Phariseis dicitur, spernunt illi consilium Dei adversus seipsum, Luc. 7. v. 30. Unde Augustinus: *Ita aguntur pii, ut etiam agant.* Quod fit, si verbum cum mansuetudine suscipiant, Jac. 1. v. 21. nec Spiritui Sancto resistant. Act. 7. vers. 51.

*Hinc itaque quilibet se probare poterit, à quo regatur.*

Quod si in omnibus flagitiis volutes te, non gloriari poteris, te Spiritu Sancto agi, is enim effugit fictum, Sap. 1. v. 5. Tob. 6. v. 17. *Ubi vita agitur, qualis est porcorum, ibi non est Deus, sed Demones,* Nazianzeno asserente. Sapere enim carnis, inimicum est Deo, Rom. 8. v. 7. Unde quotidie suspiremus: *Cornundum crea in me Deus, & spiritum firmum innova in visceribus meis.* Psal. 51. v. 12. 14.

### De Secundo.

**P**ergemus nunc ad alterâ partem, *ἡ ἑσπέρη*, sive *nocturnam Christi* meditaturi. Hic nobis in hoc Evangelio proponitur:

*I. Tanquam Patris legatus, idè dicit Christi*

Chriftus : Sermo, quem audiftis, non eft meus, fed ejus, qui mifit me, patris.

Deus eft fpiritus, Joh. 4. v. 24. Et habitat in luce inaccessibili, 1. Tim. 6. v. 16. Quando igitur cum homine colloqui aut agere vult, aut in forma peregrina apparet, uti Abrahamo, Gen. 18. v. 1. aut utitur mediatore, ficut, cum legem promulgaret in monte Sinai, Exod. 32. v. 1. Act. 7. v. 30. Neque enim nos vocem ejus audire & perferre poffumus, ficut nec Ifraëlita tonitrua, & lampades, & fonitum buccinæ, Exod. 20. v. 19.

Idem in his diebus noviffimis præftitit, quibus locutus eft nobis in filio, Hebr. 1. verf. 2. Hic quali magnus ille Cancellarius fuit, qui quæcunque audivit à patre, nobis nota fecit, Joh. 15. v. 15. Et poftquam carnem noftram affumfit, & frater nofter factus eft, Hebr. 2. v. 14. 17. eò minus eum metuere, fed cum fiducia ad thronum gratiæ ejus adire poffumus, Hebr. 4. v. 16. & difcere quæ nobis defunt, nempe manfuetudinem, & cordis humilitatem, Matth. 11. v. 19.

*Spartani* in ufu habebant, ut uno faltem legato miffo, negotia fua apud exteros Reges tractarent. Hoc aliquando finiftrè exceptum, & pro contentu habitum eft: & quamvis legatus, fe unum ad unum miffum effe, excufaverit, tamen Rex ille in data refponfione acquiefcere non voluit. Magnates enim plerumque in hoc magnificentiam fuam manifeftant, ut non modò primarios viros ablegent: fed magno quoque comitatu eos exornent, quò magnificè ingredi, & pompam Principum fuorum præfentare poffint.

Nihil autem hoc faciendum eft, refpectu legationis, quam Deus cœleftis Pater, ad

nos mifit. Ubi enim venit plenitudo temporis, mifit Deus Filium fuum, Gal. 4. v. 4.

Licet igitur ille, fine omni pompa, in fervi forma, in terris lefe exhibuerit, Phil. 2. v. 7. non tamen propterea ipfum defpiciamus, fi quidem à Deo miffus eft, & omnia nobis ad falutem neceffaria, manifeflavit, Joh. 1. v. 18.

Exemplo nobis funt Judæi, qui legatum hunc rejecerunt, ideò Deus eos abjecit, & per totum orbem difperfit, ut ficut populus direptus & prædæ expositus, Efa. 42. v. 22. in execrationem, in ftuporem, in maledictionem, & in opprobrium, Jer. 44. v. 12. Hinc cautius mercari difcentes, ab ejuſdem contentu nobis caveamus. Deuter. 18. v. 18. 19.

II. *Tanquam hoſpes pergratus*, qui cum Patre & Spiritu Sancto ad fe diligentes veniet, & manſionem apud eos facturus eft.

*Hac maxima gloria eft.*

Magi Chaldaici, habitationem Deorum cum hominibus impoffibilem reputabant, Dan. 2. v. 11. Sed fi ad tempus N. T. vivi perveniſſent, aliter ſenſiſſent. Tunc enim caro facta eft, & habitavit in nobis, Joh. 1. v. 14.

Horatio & Virgilio maximo honori datur, quod Imperator Auguſtus identidem in medio ipſorum reſederit. Sed quid hoc refpectu ejus æſtimandum, quod non Imperator Auguſtus, fed Spiritus Sanctus domicilium fuum in cordibus noſtris figat. Neque enim Virgilium à Melancholia, & Horatium ab oculis lippis, quibus illi laborabant, præſervare potuit, licet medius ipſos interſederit.

At Spiritus Sanctus Melancholiam & triftitiam eximere valet, miſſus enim eſt,

Ecce 2 ut



ut consolaretur lugentes, Esa. 61. v. 2. Quod & præstitit, dum patrem suum clarificavit, Joh. 17. v. 4. ut cor ejus introrspicere possimus, quomodo in nos affectus sit. Propterea quoque dicit: ipse pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exivi, Joh. 16. v. 27. Præstat idem quotidie, per Spiritum suum Sanctum, qui interno testimonio suo corda nostra confirmat, ut non dubitemus, sed sciamus, cui credamus, 2. Tim. 1. v. 12.

Olim Dominus in *Jerusalem ignem habebat & caminum*, Esa. 31. v. 9. Nos spiritualis illa Hierosolyma sumus, in qua non modò tota SS. Trinitas habitat: sed & Spiritus S. ignem & caminum alit, juxta illud, 2. Cor. 6. v. 16.

Ezechieli ostendebat Deus in visione civitatem, cujus nomen, *Jehova ibi*, Ezech. 48. v. 35. Tu Christiane! civitas illa es, tuum nomen est, *Jehova ibi*, Psal. 132. v. 14.

Quod si igitur Deus non solùm *pro nobis*, sed & *in nobis*, quis contra nos? Rom. 8. vers. 31.

Hoc solatio freti, in omnibus adversitatibus animosi esse possumus. Major enim est, qui in nobis est, quàm qui in mundo, 1. Joh. 4. v. 4.

III. *Tanquam noster advocatus*, sicut appellatur, 1. Joh. 2. v. 1.

*Talem se præstitit trisariam:*

1. *Spiritum Sanctum mittendo.* Fidelis Advocatus, profecturus aliquò peregrè, alium substituit, qui Clientis causam agat. Sic Christus Apostolis visibilem suam præsentiam subtrahitur, alium iisdem Paracletum promisit: quem etiam decimo post ascensionem die misit. Act. 2. v. 1. seqq.

Adhuc hodierno die solatio hoc fruimur: licet enim Spiritus Sanctus eam men-

surâ, quâ super Apostolos effusus est, hodie nobis non communicetur: attamen primitias spiritus accipimus, Rom. 8. v. 23. & non inexperti sumus, quomodo Spiritus Sanctus munus hoc suum in nobis obeat, quando Diabolus accusat, Apoc. 12. vers. 10. & mundus persequitur, Joh. 15. v. 20. & crucis variationes & exercitus contra nos sunt, Job. 10. v. 17. Nisi enim ille solamine suo nos reficeret, pereundum nobis esset in afflictione nostra, Psal. 119. v. 92. Verùm per internum ipsius alloquium mutamus virtutem, Esa. 40. v. ult. Ut flocci æstimemus afflictiones, & dicamus: Quid enim mihi est in cælo? Psal. 73. vers. 25.

2. *Pacem relinquendo*, sic enim ad Apostolos ait: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Sed spiritualem dat nobis conscientiam pacem, quæ exuperat omnem sensum, Phil. 4. v. 7.

Fidelis Advocatus in id ante omnia incumbit, Clienti suo pacem, & salvum conductum procuret, dum res ad exitum deducatur. Idem nobis Christus acquisivit. Per illum enim pacem habemus cum Deo, Esa. 54. v. 9. cum propria conscientia, Col. 1. v. 13. Cum hostibus nostris, qui quidem nos impugnare, sed expugnare nequeunt. Diabolus arma amisit, Luc. 11. v. 22. Mors aculeum, infernus victoriam, 1. Cor. 15. v. 15. Non dicere cum Paulo possumus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. vers. 33-34.

3. *Mundi Principem confundendo.* Fidelis Advocatus causam ad extremum tueri, nihilque juris contrarie parti relinquit.

Idem Christus fecit: propterea ait: Venit princeps mundi hujus, & in me non habet

habet quicquam. Si nihil in Christo, nihil quoque in nobis habebit, qui Christi membra sumus, longe enim vincimus propter eum, qui dilexit nos, Rom. 5 v. 37. & omnia possumus in eo, qui confortat nos, Christo, Phil. 4. v. 13.

S. Martinus, morti vicinus, horribili specie à diabolo adortus, sic illum abegit: *Quid hic stas horrenda bestia, nihil in me juris habes, sinus Abrahæ me recipiet.* Pari modo nos a-

nimosi esse possumus, quando recordamur, quod princeps mundi in Christo nihil habeat, sed potius ab ipso superatus sit, & in media morte ovantes canere possumus: Nunc dimittis Domine servum tuum in pace. Luc. 2, 29.

Largiatur id nobis omnibus ex gratia Deus Pater, per filium suum Jesum Christum, in Spiritu sancto, Amen!

\* \*  
\*

## In Festo Trinitatis.

*Evangelium Ioh. 3. v. 1. --- 15.*

EXORDIUM.

**M**oses olim à Deo petiit, ut ostenderet sibi gloriam suam. Cui respondit Deus: Ego transire faciam omnem bonitatem meam ante faciem tuam. Cumque transibit gloria mea, ponam te in *foramine petrae*, & protegam dextera mea, donec transeam, & ubi recedere fecero manum meam, videbis posteriora mea; faciem autem meam videre non poteris, Exod. 33. v. 18. seqq.

Ex hoc colligimus, nos in hac miseriarum valle, ex parte cognoscere, & ex parte prophetare. Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est, 1. Cor. 13, 9.

Deus lucem inhabitat inaccessibilem, 1. Tim. 6, 16. & excelsior cælo est, profundior inferno, longior terra mensura ejus, & latior mari, Job. 11. v. 8. Intellectus autem noster adeo imbecillus est, ut difficile æstimemus, quæ in terra sunt: Quæ autem in cælis sunt quis investigabit? Sap. 9, 16. & seqq. Quia vero cognitio Dei apprimè nobis necessaria est. Hæc enim vita æterna est, ut

cognoscant te solum verum Deum, Joh. 17. v. 3. Et nos faciamus oportet, quod Deus sollicitanti Mose respondit, & quidem primo in *foramine petrae stemus* h. e. Christum respiciamus, qui est petra salutis, 1. Cor. 10, 4. quicquid enim deest nobis, possumus in eo invenire, & de plenitudine ejus accipere, gratiam pro gratia, Joh. 1. v. 16.

Deinde etiam *posteriora Dei* videretene- mur, h. e. etiamsi in mortalitate hac faciem ejus cernere nequeamus, neque ad plenam essentia & voluntatis notitiam pertingere: ex operibus tamen nobis agnoscendus est. Hæc enim posteriora ejus sunt, quia ea in tempore creavit, & per ea invisibilia sua manifestavit, Rom. 1. v. 20. quod sit *sapiens & prudens*, quia omnia in sapientia fecit. Psal. 104. v. 24. quod sit *bonus*, quia omnia valde bona fecit, Gen. 1, 31. quod sit *magnus & omnipotens*, quia omnia ex nihilo produxit, & tot annorum millia mirabiliter gubernavit & conservavit, & porro portat verbo virtutis suæ, Heb. 1. v. 3. Quod si itaque per u- chritudinem creaturarum miraris, cogites

Ee 3 velim

velim, quanto his dominator eorum speciofior fit? Sap. 13, 3. Cætera quæ intellectu comprehendere nequis, fide apprehende, & memento, quod hic perfecti non fimus: Veniet autem tempus, ubi evademus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, Eph. 4. v. 13. & Deum videbimus, non uti nunc, per speculum in ænigmate: sed à facie ad faciem, 1. Cor. 13. 12.

Hunc in finem pii Majores nostri, hodiernum festum in Ecclesia ordinarunt, ut occasio esset, anniversarie certo tempore, *doctrinam de Deo Trinuno tractandi, & explicandi*. Sicut enim omnes credimus & baptizamus, sciamus quoque oportet, cui credamus, 2. Tim. 1. v. 12. & quis ille sit, cum quo stipulationem bonæ conscientiæ inierimus, 1. Pet. 3. v. 21. Ne idem nobis eveniat, quod mulieri Samaritanæ, cui Christus ait: Nescitis, quid adoretis, Joh. 4. v. 22.

Sed ad ipsum Evangelium accessuri, tractabimus ex eodem:

I. Ἀποστολογίας, sive *notitiam nostri*.

II. Χριστολογίας, sive *notitiam Christi*.

J. J.

### Exegesis.

**F**ilii viri sunt mendacium, ait Regius Psaltes, Psal. 62, 10. Hoc in Nicodemo verificatum est, qui vir præcipuus erat Hierosolymis, & tamen aberrabat à recta viâ, nesciens, quomodo in regnum cælorum pervenire posset, donec Christum accederet, ab eoque disceret, quomodo coram Deo iustificaretur & salvaretur. Hoc nobis proponitur in prælecto Evangelio, ex quo *Notitiam nostri* discimus, quando perpendifimus:

I. *Nicodemi accessionem*. Erat ille *Princeps Iudæorum*, qui Synedrio interfuit, & conscientiæ suæ rationem probe habuit, ideo ad Collegas, Christum contemnatos ait: Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit, quid faciat? Joh. 7. v. 51. Erat quoque *Princeps Doctorem*, qui scripta Moïsi & Prophetarum multos per annos explicaverat, & in lege non imperitus erat, propterea Christus eum vocat, Magistrum in Israel. Sed idem de eo dici potuit, quod Paulus de Hebræis, Heb. 5, 11. Ideo accedebat Christum noctu, ut ab ipso informaretur. Hic erat

1. *Accessus spontaneus*. Nemo ipsum pellexit *verbis amicis*, sicut Judæi Johannem, Joh. 1. v. 19. neque *muneribus*, sicut Balack Bileam, Num. 22. v. 5. Nemo ipsum *vi adiegit*, sicut Antiochus Judæos, 2. Macc. 6. & seqq. Sed spontanea devotio ipsum impulit, quia in fide & religione, quam hactenus amplexus fuerat, salutem consequi diffusus est. Sic adhuc hodie Deus spontanea corda & conscientias requirit. Psal. 110. v. 3. Quod & à nobis semper observari debet, qui enim adorat Deum in oblectatione, suscipietur, Sir. 35, 20.

2. *Accessus beatissimus*. Non enim accedit cauponam, ubi potentes sunt ad bibendum vinum, Esa. 5. v. 21. Multo minus alia loca suspecta, ubi noctu convenitur, Joh. 3, 20. sed Christum, de quo multa hactenus audierat, à quo discere cupit, quomodo hæres æternæ salutis evadere possit. Sequamur ipsum in hoc proposito, ipse enim Christus ad se vocat nos, Matth. 11, 38.

3. *Accessus nocturnus*. Metuit enim Collegas suos, ne ex ipsorum Synagoga eiceretur, Joh. 12, 42.

Factum hoc ex imbecillitate humana, & in

in medelam noftram fcriptum efl, non in fequelam; Qui me erubuerit, & meos fermanes, hunc filius hominis erubefcet, cum venerit in majeflate fua, & Patris, inquit Chriftus, Luc. 9, 26.

*Quod fi examinaveris te, juxta tria hac membra, mi Chriftiane, deprehendes, multos quidem eflle hodie, qui Nicodemo fimiles funt in metu: at diffimiles in diligentia, quam in via vera indaganda adhibuit?*

Nicodemus non coacte fed fponte accessit. O quot inveniuntur, quia d nuptias amice invitati, venire renunt? Matth. 22. v. 4. Quot eorum? qui ad legis conciones & minas aures obturant, Luc. 14. v. 24. Propterea quoque condemnatio eorum eo gravior erit, Joh. 5. v. 22.

Nicodemus Chriftum adiit, ut ab eo informaretur, quia ex concionibus ejus hactenus didicerat, quod Propheta à Mofe prædictus efllet, Deut. 18, 15.

Hoc multis hodie non arridet, quia via meretricis, Prov. 7, 8. aut fpaciofa via, quæ ducit ad perditionem, Matth. 7, 13. incedere malunt, quam Chriftum fequi, & omnes Sanctos, qui per multas tribulationes intrant, in regnum Dei, Act. 14, 22.

Nicodemus noctu Chriftum accessit, non tantum ideo, quia propter Collegas fuos interdiu eundem adire non licebat: fed metuebat quoque authoritatis fuæ diminutionem, fi alii experirentur, iplum præcipuum quendam Rabbi, & Magiftrum in Ifrael, à Chrifto viam falutis perficere velle.

Hoc merito improbat, juxta illud: Credidi, quod locutus fum, Pfal. 116. v. 10. Qui verus Chriftianus & Chrifti difcipulus eflle geflit, non modo recte credere, fed & ore confiteri tenetur, 1. Pet. 3. v. 15. Rom. 10. v. 9.

Quicquid autem hujus deliquit Nicodemus, id pofttea tempore feptulturæ Chrifti reftituit, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quafi libras centum, Joh. 19, 39. Ut fruflra fint hypocritæ, qui exemplum ejus prætendunt, & eo ipfo hypocritin fuam palliare nituntur, Apoc. 3, 15. Potius obfervare debent: Abi tu, & fac fimiliter, Luc. 10, 37.

II. *Nicodemi confessionem*, fic enim Chriftum alloquitur: Rabbi, fcimus, quia à Deo venifti Magifter; nemo enim potefl hæc figna facere, quæ tu facis, nifi fuerit Deus cum eo.

Hic Nicodemus Collegas fuos & adfefores Synedrii prodit, quod quamvis in confcientia convicti funt, Chriftum illum ipfum eflle, de quo Prophetæ prædixerint, tamen præ odio & invidia, ut Mefiam agnofcere nolint.

Idem adhuc hodie contingit. Quilibet feipfum probet modo, an hic exemptus fit. Quoties peccata & flagitia ex fuggellu arguuntur, quod eain confuetudinem abeant? Interea tamen delinquentes, malum manuum fuarum dicunt bonum, Mich. 7. v. 3. gloriantur in malitia fuâ, Jer. 11. v. 15. & peccatum fuum quafi Sodoma prædicant, Efa. 3. v. 9. Nemo non fateri cogitur, quod juflte peccata reprehendantur, nemo tamen ab ipsis abftinere vult, quin potius inquinatæ funt viæ ipforum omni tempore, & auferruntur judicia Dei à facie ipforum, Pfal. 10. v. 5. dicentium: fermanem quem locutus es ad nos, in nomine Domini, non audiemus ex te, Jer. 44. v. 16.

Quid dicebat Epifcopus Salisburgenfis, in Comitibus Auguftanis, Anno 1530? *Scimus, multos in Ecclefiam irrepiffie abufus, fed non ferendum efl, ut Monachus fiat reformator, & pacem turbet.*

Quia

Quia vero per nudum fcire, nemo potefl in cælum venire, 1. Cor. 8, 1. ideo non tantum fciamus, quid bonum fit, & quid Dominus requirat à nobis, Mich. 6, 8. fed operam demus, ut in opere ipfo demonflremus. Ne multis vapulemus. Luc. 12, 47.

III. *Nicodemi exceptionem.* Ait enim: quomodo potefl homo renafci, cum fit fenex? Quomodo poffunt hæc fieri?

Merito ille rationem fuam in obfequium Chrifti captivare debuiffet, & verbis ejufdem fidem adhibere: fed mavult myfleria hæc, quæ tamen capere non poterat, ratione fuâ metiri, ideo reprehenfione Chrifti notatur: Tu es Magifler in Ifrael, & hæc ignoras? Amen, Amen, dico tibi, quia quod fcimus, loquimur & quod vidimus &c.

*Hic probes velim te, annon & ipfe in rebus fidei nimium fcrupulofus quandoq; fueris, & plura fcire defideraveris, quam Deus tibi in verbo fuo manifeflavir.*

Exceptio hæc fieri potefl dupliciter. Primo ex corde credente, ut difcamus, ficut Maria ad Angelum ait: Quomodo fiet iftud? Luc. 1, 34.

Secundo ex incredulitate, quando verbum Dei in dubium vocatur, quia cum ratione non concordat. Hoc Auguftinus vocat. *Venenum fidei*, quæ eft fperandarum fubftantia rerum, argumentum non apparentium, Heb. 11, v. 1.

*Noli proinde quærere diffidendo ficut Arriani, qui Chriftum filium Dei agnofcere nolunt, & propterea quærunt: Quomodo Deus filium haberet, uxore deftitutus. His Ambrofius refpondet: Licet fcire quod natus, non licet difcutere, quomodo natus fit. Generationem ejus quis enarrabit? Efa. 53, 8. Eodem modo quærunt Anabaptifla, qui vim falutiferam Baptifmi infringere fata-*

gunt: Quomodo aqua peccata ablueri potefl? Cum tamen mera aqua ex fe non faciat, fed verbum Dei cum aqua conjunctum. Unde Petrus: Aqua nos falvos facit, at non eft de pofitio fordium carnis, fed ftipulatio bonæ confcientiæ erga Deum. 1. Pet. 3, v. 21.

Idem faciunt Calviniani, qui præfentiam corporis & fanguinis Chrifti in facra cœna negantes, itidem quærunt: Quomodo nobis Chriftus carnem fuam ad edendum, & fanguinem fuum ad bibendum exhibere potefl? non perpendentes Dominum poffe fuperabundanter facere, quam petimus, aut intelligimus Eph. 3, 20. *Facientem cogita, & definet efle mirabile, vel faltem incredibile non erit*, ait Hugo Victorinus. Efa. 40, v. 26.

*Noli quærere ambigendo*, ficut Zacharias Baptiflæ parens, Luc. 1, 18. Noli dijudicare per diffidentiam, fed confortare fide, dans gloriam Deo. Rom. 4, 20, 21.

*Noli denique quærere contradicendo*, inftar Equitis Samaritani, 2 Reg. 7, 2. Apud Deum fi quidem non eft impoffibile ullum verbum, Luc. 1, v. 37.

Sed falutarius *Quomodo* tuum adhibere poteris. Quando enim animarum Paftor clamat: Pœnitentiam agite, appropinquit enim regnum cœlorum, Matth. 3, 2. Potes interrogare cum culode carceris: Quid me oportet facere, ut falvus fiam. Act. 16, 30.

Similiter quando diabolus te ad peccata infligat, ut carni indulgere, & animæ ftigma inurere debeas, quærere poteris: Quæ conventio Chrifti ad Belial? 2. Cor. 6, 15.

Pari modo fi peccafli, & diabolus te ad desperationem adigere geflit, iterum quærere potes? quomodo de fperem? Nonne Deus mifericors eft, & bonæ fpei fecit filios fuos

fuos, quoniam dedit locum in peccatis peccitantiæ? Sap. 12, 19. Neminem enim eijciet foras, qui eveniet ad eum, Joh. 6, 37.

De S. Auguftino memoratur, quod aliquando Hippone egressus, juxta littus maris obambulans, scrutando SS. Trinitatis mysterio impensius indulserit, cui puer eximia forma apparuerit, qui in eodem littore sedens, modico cochleari aquam è mari haustam magno conatu scröbiculo infuderit. Cujus conatum demiratus, quid tam serio ageret quæsit. Ille virili constantia totum se mare isti foveæ infundere velle, respondit. Auguftinus eum laterem lavare & frustra, laborare, dixit. Cui puer, ut Angelum esse intelligeret, constanter respondit. Tu funiculo ingenii tui abyllum sanctissimæ Trinitatis metiri cogitas: at prius, quam hoc effectum dederis, ego hac fossula univèrsam mare conclusero. Et sic disparuit.

Hinc discimus, quod mysteria divina ratione perscrutari minus debeamus. Scrutator enim Majestatis, opprimetur à gloria. Prov. 25, v. 27.

### De Secundo.

**T**Ransibimus nunc ad alteram partem *Xριστολογίας*, sive notitiam Christi meditaturi. Hic nobis in Evangelio hoc nostro contemplandus proponitur:

1. *Tanquam celestis Doctör veritatis.* Hoc elogio eum maectat Nicodemus, inquiens: Rabbi, scimus, quia à Deo venisti Magister. Respicit hoc ipso promissionem Dei de magno illo Propheta, Deut. 18, v. 15. Ille enim Christus erat, teste populo, Luc. 7, v. 16. Vere magnus Propheta, potens in opere & sermone, coram Deo & omni populo. Luc. 24, 20. Deus enim dederat ei eruditam lin-

guam, Esa. 50, v. 4. Ideo docuit sicut auctoritatem habens, & non sicut Scribæ & Pharisæi. Matth. 7, v. 29.

Magno hinc afficimur gaudio. In hoc mundo enim intellectus noster adeo occæcatus est, ut non percipiat ea quæ sunt Spiritus Dei. 1. Cor. 2, v. 14. Sed Christus docet nos utilia, Esa. 48, 17. non quidem *immediate*, ut olim: sed *mediate* per ministros suos, quibus dedit verba sua in ora eorum Jer. 1, 10. quæ loquantur, Mat. 10, 19. Luc. 10.

Interea est & manet Magister ille unus, Matt. 23, 10. & pastor, qui dat consilium reliquis Magistris, Ecceles. 12, 11. Hinc describitur in Scripturis, quod sit:

1. *Doctör sapientissimus*, in quo sunt omnes sapientiæ & scientiæ thesauri absconditi, Col. 2, 3. Hinc quæ siverunt Judæi: Unde huic sapientiæ hæc? Matt. 13, 54. Sed nos non opus habemus, ut quæramus, scimus enim, quod à Deo factus sit sapientia, 1. Cor. 1, v. 30.

Quando itaque mundus existimat, se astute omnia aggressurum, ut persequatur gregem pusillum recte credentium, non est, quod metuumus, comprehendit enim sapientes in astutia eorum, Job. 5, 13. imo sapientia eorum coram ipso est stultitia, 1. Cor. 3, 19. Ut frustra consilium ineant. Esa. 8, v. 10.

2. *Doctör veracissimus.* Est enim veritas ipsa Joh. 14, v. 6. & sermo ejus veritas est, Joh. 17, 17 hinc vocatur testis fidelis & verus Apoc. 3, 14. qui ad hoc in mundum venit, ut testimonium perhibeat veritati. Joh. 18.

Maneamus in sermone ejus, & vere discipuli ejus erimus. Joh. 8, 31, 32.

3. *Doctör fidelissimus*, qui omnia, quæcunque audivit à patre suo, nota fecit nobis, Joh. 15, 15.

Ab ipso discere possumus *artem orandi*,

Ff

ad

ad quem & quomodo precari debcamus. Matth. 6, 9. Joh. 16. v. 23. *artem patiendi*, I. Pet. 2. v. 21. Psal. 94. Heb. 10. 36.

Ab eo habemus *artem moriendi*, sicut enim ipse moriturus patri spiritum commisit, Lu. 23. 46. sic & nos fidei creatori commendemus animas nostras in beneficiendo, I. Pet. 4. v. 19.

Ut breviter complectar, huic Doctori acceptum ferre debemus, quod sciamus, quomodo erga Deum, proximum & nosmetipsos affectos esse oporteat. Apparuit enim gratia Dei salutifera omnibus hominibus, Tit. 2. v. 11, 12.

Quod si igitur doctrinam ejus debito modo susceperimus, emolumentum inde temporale & æternum nos manebit, & requiem animarum inveniemus. Matt. 11, 29.

II. *Tanquam secunda persona Trinitatis*. Missus enim est à Deo pater, & instituit baptismum, per quem Spiritus Sanctus virtutem suam exercit, & regenerationem in homine operatur. Ibi habemus omnes personas S. S. Triados, quæ omnes essentia divina præditæ sunt, ut earum quælibet in individuo Deus vocari possit, sed nõ sunt tres Dii: potius fides Catholica hæc est, ut unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, essentiam divinam separemus. Sicut hoc egregie in Symbolo Athanasii explicatur, quod hic consuli debet.

Hic enim abyssus mysteriorum divinorum se pandit, quæ ratione & sensibus nostris comprehendere non possumus. Neque enim rationi consentaneum est, unum tres, & tres unum esse. O altitudo divitiarum! Rom. 11. v. 33.

Quo vero hodie festivitati satisfaciamus,

simplicissime membra tria sequentia explicaturi sumus.

I. est, *persona explicatio*. Aug. Conf. ita respondet: *Nomine persone utimur ea significatione, quæ usi sunt in hac causâ Scriptores Ecclesiastici, ut significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod proprie subsistit.* Act. 1.

Docti subtiliter hæc de re differunt, quod pro concione fieri non debet: nos potius simplicitati studebimus, ut quilibet rem ipsam intelligere possit.

*Personam propriam essentiam habere, & per seipsam subsistere, necessum est.* Ita homo persona appellatur, quia essentiam suam habet. & per se subsistit. Cogitationes vero, oratio, sapientia, ars, & quæ plurima ejusmodi in homine sunt, non sunt personæ, non enim per se subsistunt, sed accidentia sunt, quæ sine detrimento & corruptione humanæ essentia, ab homine separari possunt.

*Persona integram substantiam, & perfectam essentiam habeat, necesse est.* Propterea neque corpus hominis sine anima, neque anima sine corpore & anima consistit, & ita totam suam essentiam habet.

*Personam vivere & ratione præditam esse oportet.* Lignum enim, lapides, aurum & argentum, & similia, non sunt personæ: quia vita destituuntur. Boves, canes, leones, ursi etiam personæ non sunt, quia ratione carent: sed angeli & homines sunt & vocantur personæ, quia vita & ratione præditi sunt.

Tandem personæ proprium est, *ut aliis communis non sit*, e. g. Humana natura in Paulo & Jacobo pluribus communis est, nempe omnibus iis, qui homines sunt: ideoque persona vocari non potest. Sed Paulus

& Ja-

& Jacobus, figillatim & in individuo persona est: licet enim plures sint eorum, qui Paulus & Jacobus dicuntur, tamen iidem non sunt, sed alia personæ, quæ quidem humanam naturam cum illis communem habent, sed quoad personam distincti sunt.

Quando itaque in essentia divina tres personas asserimus, intelligimus nomine personæ perfectam essentiam, quæ viva, rationalis, non vero pluribus communis est. Hæc conjuncta sint, oportet: divina enim natura, est substantia perfecta, nec minus vita & ratione prædita, sed non est persona, quia Patri, Filio, & Spiritui sancto communis est. Pater vero, Filius, & Spiritus Sanctus sunt personæ, quia non solum perfecti, vivi, & rationales: sed & pluribus communes non sunt. Unus enim nobis Deus est, Pater, ex quo omnia, & nos in illum, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. I. Cor. 8. 6. Unus quoque tantum Spiritus S. est, qui operatur omnia, dividens singulis, prout vult. I. Cor. 12. v. 11.

2. Est pluralitatis indigitatio, sunt enim in essentia divina plures personæ. Hoc probant scripturæ loca, in quibus Deus de se verba facit in numero multitudinis. Faciamus hominem, Gen. 1. v. 25. Adam quasi unus ex nobis, Gen. 3. 22. c. 11, 7.

Huc pertinet, quando Deus de se, ut de alio loquitur: Pluit Dominus super Sodomam & Gomorrhæam sulphur & ignem à Domino, de cælo. Gen. 19. 24. Confer, Ex. 24. v. 1. Psal. 45, 8. Psal. 110. t. Ose. 1. 7. & similia dicta, quæ omnia probant, in essentia divina, distinctas personas esse, quæ nomine Jehovah insigniuntur, patrem nempe, Filium, & Spiritum Sanctum, ut mox audiemus.

3. est, *Trinitatis demonstratio*. Quæ probatur,

1. *Ex opere creationis*, de quo David: Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus, omnis exercitus eorum, Pl. 33. 6. Ubi primo mentio fit *Domini*, tanquam primæ Trinitatis personæ. *Secundo, Verbi*, tanquam secundæ Trinitatis personæ, quæ expresse verbum appellatur, Joh. 1. 1. *Tertio, Spiritus oris Domini*. hæc est tertia persona, Deus Spiritus Sanctus, qui alias spiraculum omnipotentis. Job. 33. v. 4. & Spiritus oris Christi dicitur. I. Thess. 2. v. 8.

2. *Ex benedictione*, qua summus Sacerdos Aaron populo benedicebat: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Num. 6. v. 24. Ubi per *Dominum custodientem* Deus Pater per *Dominum miserentem*, Deus Filius; per *Dominum pacificantem*, Deus Spiritus Sanctus significatus fuit.

3. *Ex hymno Angelico*, Sanctus, Sanctus, Sanctus est Dominus Deus Zebaoth, El. 6, 3. Ubi ter repetitur vox Sanctus, ad indigandas tres personas Divinitatis Quomodo & vetus aliquis Rabbi, nomine Simon Ben Johai explicuit, Sanctus hic est Pater, sanctus hic est Filius, sanctus hic est Spiritus Sanctus. Quod cum verbo Dei congruit. Joh. 1. 2. v. 38. ubi adferitur, quod Elias gloriam Filii Dei viderit. Et Paulus de Spiritu Sancto idem exponit, Act. 28, 25.

*Præcipue vero summum hoc mysterium è N. T. luculenter probari potest*. Quod enim in V. T. obscurum fuit, in novo clarissimum est, unde illud nocti, hoc vero diei conferatur, Rom. 13, 12.

Cum Christus à Johanne baptizaretur, Spiritus S. super eum visus est, specie columbæ, & vox de cælo clamavit: Hic est fi-

Ff 2 lius



lius meus dilectus, in quo mihi complacui, Matth. 3. v. ult.

Hanc apparitionem pii Veteres tanti æstimarunt, ut adversarios suos ad Jordanem relegaverint, hisce verbis: Ito ad Jordanem & videbis.

Sic in institutione Baptismi omnes tres personæ nominatenus exprimuntur, ubi Christus discipulos iussit baptizare, in nomine Patris Filii & Spiritus Sancti, Matth. 28. v. 19. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo. I. Joh. 5. v. 7. 8.

Blasphemant itaque Judæi, despiciant Turci, derideant Ethnici, contradicant hæretici: hæc doctrina firmissimo nititur firmamento, & portæ inferorum non prævallebunt adversus eam. Matt. 16. v. 18.

Nos sumus Patris figmentum, Filii peculi, & Spiritus S. habitaculum; Quis separabit nos à dilectione Dei? Rom. 8. v. 35. & seqq.

III. *Tanquam operator totius Universitatis.*  
Eò collineavit serpens æneus, quem Moses jussu Dei pro signo ponere jussus est, cum Israelitæ à serpentibus ignitis afflicti essent, quem, quicumque percussi adspexerunt, sanati sunt. Num. 21. 8. *Hoc typus Christi fuit.* serpens æneus enim non sanavit ipsos, sed ille, qui per serpentem æneum præfiguratus est. Sap. 16. v. 7. 8. Quod concordat, cum verbis Christi in Evangelio: Sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis. Antiquus enim serpens qui vocatur diabolus & satanas, Apoc. 12. v. 9. nos quoque morfu suo ad mortem usque vulneraverat, ut à planta pedis usque ad verticem non integrum quiddam in nobis esset, Esa. 1. v. 6.

Quod si igitur vulnera nostra curari de-

buerunt, Christus sanator noster propter nos vulnerandus fuit, ut livore ejusdem sanaremur, Esa. 53. 5. Et vitam recuperaremus, quam in Adamo amiseramus, 1. Cor. 15. v. 22. Ipse enim erat sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, Heb. 7. v. 26. Sed nostri causa fecit eum Deus peccatum, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso, 2. Cor. 5. v. ult. Hinc præclare Augustinus: *O homo, inspicere vulnera Christi, in cruce pendentis, caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum!* Ad hoc requiritur oculus bonus atque sanus, qui est, *oculus fidei*, de quo cælestis sponsus: Rapuisti cor meum, soror mea sponsa, in uno oculorum tuorum, Cant. 4. 9. Lucerna enim corporis, est oculus, Matth. 6, 22. Sic permagni refert, ut oculus fidei simplex & sincerus sit, si Christum intueri, ejusque beneficiis frui velim. *Non sit fides hypocritica*, Deus enim cor intuetur, 1. Sam. 16. v. 7. & agnoscit omnem operam hominis, Eccles. 15. v. 20. unde non decipi potest ut homo, fraudulentius, Job. 15. v. 10. *Non sit fides mortua*; Non enim Deus Deus est mortuorum sed viventium. Matt. 22, 32. Neque *fides dubitans*, homo enim qui hæsitat, nihil accipit, Jac. 1. 6. sed *fides vera & salvifica*, qui vulnera Christi apprehendit, & cum Bernhardo dicit: *Turbabor, sed non perturbabor, quia vulnerum Christi recordabor*, h. e. ut Ecclesia canit;

Torquebor à probris meis,  
Cor conscium dolebo:  
Ast sint arena quot maris,  
Pessum tamen nec ibo;  
Mortis recordabor tuæ,  
Et vulnerum cum sanguine,  
Securus his latebo.

M. i. n. i.

Mein Sünd mich werden kräncken sehr/  
 Mein Gwissen wird mich nagen /  
 Denn ihr sind viel wie Sand am Meer /  
 Doch wil ich nicht verzagen:  
 Gedencn wil ich an deinen Tod /  
 Herr Jesu deine Wunden roth /  
 Die werden mich erhalten.

Agnoscamus proinde beneficium hoc maximum, in quo tota SS. Trinitas concurrat. Deus Pater Filium suum mittit: Filius crucifigitur & occiditur, & Spiritus S. per ministerium toti orbi id manifestat. Imò tantus fervor adest, ut tota SS. Trinitas certatim quasi de nobis mereri operosa sit.

Naturâ inquinati eramus in sanguine nostro, Ezech. 16. v. 6. & eramus, miseri & miserabiles, & pauperes & cæci & nudi,

Apoc. 3. v. 17. Sed omnes tres personæ SS. Triadis nos respexerunt, & beneficia quasi sua inter nos distribuerunt, ut restitueremur vicissim.

*Spiritus S.* mundavit nos lavacro aquæ in verbo, Eph. 5. v. 6. ut nulla condemnatio sit in iis, qui in Christo Jesu sunt, Rom. 8. v. 1.

*Filius Dei* nos sanavit per vulnera sua, Esa. 53. v. 5. & induit vestimentis salutis, & indumento justitiæ operuit, Esa. 61. v. 10.

*Deus Pater* remunerat aeterno bono, quod nobis Christus, die novissimo daturus est, dicens: Venite benedicti patris mei. Matth. 25. v. 34.

O beatos nos! qui talem Dominum habemus, sit ei laus & gloria in secula seculorum, Amen!

## Dominica I. post Trinitatis.

*Evangelium Luc. 16. v. 19. -- 31.*

### EXORDIUM.

**D**E Absolone refertur, quod Eleganti caesarie decoratus fuerit, quam quotannis semel tondetur curaverit, & quidem ex necessitate, quia gravaverit eum. Ponderavit enim ducentis siclis, pondere regio. Sed quod ipsum coram mundo plurimum ornavit, causa fuit exitii sui. Sedens enim mulo, cum fuisset ingressus mulus, subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput ejus. quercui, & illo suspensio, inter cœlum & terram, mulus, cui insederat, pertransivit. Tuliq; Joab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom 2. Sam. 14. v. 25. c. 18. v. 9. & seqq.

Hâc in parte Absolon *imago est omnium hominum mundanorum*, qui sperant in incerto divitiarum, sed non in Deo vivo, 1. Tim. 6. v. 17. Quemadmodum enim cri-

spâ suâ caesarie ille superbivit, quam anniverfariè semel duntaxat tondi curavit, non verò spontaneè: sed necessitate ita flagitante, quia aliàs eum gravavit: sic impii divites in eo maximam voluptatem quærunt, si cumulum divitiarum & pecuniæ corradant, & in possessione ejus ad eò tenaces sunt, ut vel toto anno, pauperibus ne cruciantur quidem largiantur, nisi necessitatis telum eos urgeat, ut in morbum incidant, vel alio insigni scelere, ejus stimulum in corde sentiunt, urgeantur: tum fortè paucillum in pauperes erogant, persuasi, se conscientiam onere levaturos, & semel apud Deum expiaturus esse, quod per omnem vitam suam deliquerunt, persistunt tamen in iniquitate sua, in id intenti, quomodo decuplo recuperent, quicquid pauperibus fortè legarunt,

F f 3;

ut